



Universitätsbibliothek Paderborn

Ivdex Magistratvs Senator

Zype, Franciscus van der

Antverpiæ, 1633

§. I. De Principe legibus soluto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14280

Qui Rex est, Regem Maxime non habeat. Sic oblatum à Demetrio Iudæis pactum inter cætera summi imperij, ut non obedient alij protestati, nisi summi sacerdotis i. Machap. c. 10.

§. I.

De Principe legibus soluto.

I. Princeps legibus est solutus. **L** Egibus soluti fuerunt Principes. *Senatus*, inquit Dion. l. 63. *Cæsarem*, à quo magno honore afficiebatur, Imperatorem decreto liberavit omnibus legum vinculis, vt ea quæ vellet faceret, & ijs quæ nollet abstineret. Augustam legibus solutam non inuenieris. l. 31. *D. de leg.* & si non pauci crediderint, quia Principes illi priuilegia tribuunt, quæ ipsi habent. d. l. 31. ad filios pertinet illud *Tac. 2. Anal. letabatur*, inquit, *Tiberius cum interfiliis eius, & leges Senatus disceptaret. Vicia est sine dubio lex.*

§. II.

De legum vinculo.

I. Non tamen idè minus eas renatur. **Q** Vamuis, vt diximus, Princeps legibus solutus sit, tamen aurea est Imp. sententia, *R euerà maius est Imperio submittere legibus Principatum.* hoc est, viuere secundùm leges, quamuis nemo ad pœnam trahere possit. adeò quidem vt quamuis Principes supremi, non leges tantùm positivas, sed etiam à natura scriptas transiliant, non habeant criminis vltorem. nec minùs rectè ille: *Cæsari cùm omnia licent, propter hoc minus licet.* sic sancto sensu Princeps legibus solutum se dicit: nam bonis posita lex non est: legibus tamen viuit, quia perfecti non propter legem, sed ob rem ipsam, quod legis est, faciunt. Vnde & illa Anthiochi ad adulatorem, omnia Regibus iusta, æqua, licita, iactitantem responsio; *non Regibus sed Tyrannis.*

§. III.

De legum-latione.

I. **L** Eges ferre, alijs dare, non accipere, tessera est summi Imperij. *Curt. l. 8. quos equidem viatores esse confiteor, si ab illis leges, quæs viuamus accipimus.* Huc spectat Extraug. Constit. 78. Leonis, Ne